

Liber trium animarum

The Book of Three Souls



Transcribed by J.H. Peterson, Feb 27, 2022. Updated Apr 20, 2022.

License CC-BY 4.0.

<https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/>

Also called *The nourishing prayers of the New Art*, this text consists of fifty-one prayers, containing sacred names of God and angels. It constitutes an integral part of Berengar Ganell's version of the *Sworn Book of Honorius* (1346 CE),¹ supplying the prayers needed throughout the magic rituals. In the Northern version of the *Sworn Book*, prayers from the *Ars Notoria* serve the same function. The title may allude to the "redemption of three souls from Purgatory" from the *Sworn Book*.² Helping to free souls from Purgatory was a recurring theme of Medieval spirituality. This is supported by some references in the text, such as the passage (in prayer 2), "may they (the angels) be glad today at the crying out of this prayer for these souls, who are in expectation of salvation;" and (prayer 4) "may your name **Agla**, give respite to the souls who are there" (in *infernus*/Hell).

A list of the uses of each prayer is included at the end.

See also the attached index of names.

1 From Beringarius Ganellus, *Summa Sacre Magice*, Kassel ms 4° Ms. Astron. 3 (hereafter "K"), fols. L4.f.37 ff. Compare Halle 14-B-36 ff. 275r-284v (hereafter "H").

2 Photo: <https://www.themorgan.org/collection/hours-of-catherine-of-cleves/124>

Liber trium animarum

Set³ quia in capitulo sumus Orationum ut pluries supra sunt orationes allegatae que non ponebantur Sicut in Inuocatione 7 regum, Et angelorum bonorum. Et in sacratione quadragenali. Ideo ut liber non sit diminutus, neque opus truncatum, siue egenum pono tibi omnis illas oraciones *artis noue* que sunt oraciones *libri 3 animarum*. Et non te tedeat, quare ponimus tot oraciones. Quia non omnem te intromittere de magica nisi has omnis habeas, quare nichil sine ipsis unquam optineres, nam principalia fundamenta magice sunt iste oraciones. Et nomen Dei sememphoras. Et litere 4 sectarum, que sunt forme stellarum, ex quibus litteris constant & fabricantur omnis iste oraciones, et omnia nomina sememphoras vel alia.⁴ Et fides secte quam tenes. Et jeiunium, ac mundificatio secundum illam sectam. In istis 4 fundatur magica tota. Et magis in oracionibus & fide legis, vel secte.

Cui ergo caret fundato, que est opus mirum vel magicum quod tu desideras. Ergo si oraciones dimissemus omnis, frustra alia que diximus scripsissemus, & docuissemus. Quare non te pigeat sarcine oracionum, si magus vis esse, quare sine eis tibi est impossibile.

Prima oracio libri trium animarum est hoc.

Audiant celi id quod ego loquor. Audiat terra uerba oris mei. Audiant angeli benigni & maligni quo desero temptationes malignas et reuertor ad deum meum qui me creauit. Ego confiteor deo meo **adonay** regi regum deo glorioso, **eye assereye** id est domino dominancium.

Illi qui creauit seculum & totum mundum, & omnia que sunt in eo.

Illi qui fecit firmamentum & omnia que in eo sunt habitancia.

Illi qui facit angelos suos spiritus & ministros suos ignem urentem.⁵

3 In K, this chapter constitutes Book 4, Treatise II, chapter 3. This introductory paragraph is not found in H, and is no doubt one of the “connecting paragraphs” added by Ganell to “compile a unitary volume.” (Veenstra 2012, p. 153).

4 Book 4 treatise 2, chapter 2 is “De 99 oracionibus nominum sparsorum sememphoras.” Note the border of the [Sememphoras table](#) includes the four alphabets – Latin, Greek, Hebrew, and “Chaldaean or Arabic.” See K L.2.f.15, H fols. 249r and 360r, and Peterson 2021 p. 137.

5 Cf. Ps. 103:4.

Illi qui creauit solo suo verbo 9 choros angelorum, et ipsos stabiliuit in splendore.

Illi qui creauit solem in potestatem diei, lunam & stellas in potestatem noctis.⁶

Illi qui firmauit terram super aquas⁷ et facit eam tremere, et fecit bestias paruas & magnas seruituti homini viuere & moueri super eam.⁸

Illi qui dedit terminum mari quem preterire non potest.

Illi qui facit florere & granare, et dat escam panis suis.

Illi qui dat escam omni carni.⁹

Illi qui formauit adam hominem primum ad ymaginem et similitudinem sui.

Illi qui dedit moysi serui suo fideli legem saluationis in monte synay, monte sancto.

Illi qui redemit populum de manu pharaonis, et per medium maris miri & rubri letum & pede sicco fecit transire.¹⁰

Illi qui deleuit pharaonem & totam congregationem eius cum toto posse egipti.

Illi qui dedit suis in deserto escam manne celestis.

Illi qui fundauit et posuit virtutes in lapidibus 12 tribuum, eciam in verbis, et herbis pro dando salutem humane nature.

Illi qui pro redemptione humane nature uni virgini gloriose misit /L.4.f.38/ suas salutes per unum suorum gloriosam angelorum cuius nomen est **gabriel**, qui nunciauit ei conceptionem gloriosam recreationis mundi, & redemptionis peccatorum humane nature inceptorum per primum patrem adam.

Illi qui misit suum paraclitum ad incarnandum suum filium in utero virginali marie.

Illi qui voluit nasci sine corruptione de ventre sue gloriose matris.

Illi qui voluit facere de sua filia matrem gloriosam.

Illi qui pro implendo legem voluit circumcidi, ut non diceretur ipsam venisse soluere legem primam, sed augere & adimplere.¹¹

6 Cf. Ps. 135:8-9.

7 Cf. Ps. 135:6.

8 Cf. Gen. 1:26.

9 Cf. Ps. 135:25.

10 Cf. Exod. 14:16.

11 Cf. Matt. 5:17.

Illi qui voluit apparere tribus regibus in bethleem, & voluit se humiliare ad recipiendum eorum seruicium sicut aurum, thus, & mirram in signum quæ ipse erat rex regum qui debebat mori pro nobis¹² peccatoribus.

Illi qui voluit bapuzari in flumine jordanis aque sancte in signum lauacri peccatorum humane nature.

Illi qui voluit temptari in deserto per hostem fidei antiquum, cui dictum est vade retro sathana, non temptabis, dominum deum tuum.¹³

Illi qui voluit jeiunare in deserto 40 dies pro dando nobis exemplum penitencie in saluationem animarum nostrarum.

Illi qui per filios israelis voluit honorari in Introitu iherusalem, in quo nobis mo[n]strat quæ esset rex celestis qui debebat tradi per suos.

Illi qui voluit cenare die Iouis cene sancte cum suis discipulis Et eis voluit lauare pedes In signum ostencionis humilitatis nobis.

Illi qui voluit tradi, verberari, flagellari, & maledici¹⁴ ab hostibus fidei, et amore nostri in manibus tradi crudelium.¹⁵

Illi qui fleuit in orto & sudauit, in quo sudore & fletu nobis mo[n]strat signum compassionis magne.

Illi qui voluit capi, ligari, verberari, & flagellari, & male minari pro redemptione nostrorum peccatorum.

Illi qui voluit pati mortem in arbore crucis sancte Inter duos latrones pro nostris animabus saluandis.

Illi qui pepersit latroni in cruce, et descendit spoliare inferna, unde extraxit suos amicos.

Illi qui post suam mortem tercia die resurrexit, et suis apostolis voluit apparere.

Illi qui per suam magnam bonitate, su[s]citauit lazarum.

Illi qui in galilea in nupciis architriclini In hospicio symonis leprosi factis, aquam conuertit in vinum.

Illi cuius mirabilia per cor humanum nequeunt exstimari, quia innumerabilia sunt, et sine fine.

Illi qui super celos ascendere voluit ad dexteram sui patris in die sancto ascencionis.

12 H adds "omnibus".

13 Matt. 4:10; Luke 4:12.

14 So H. K: maleduci.

15 This event is out of sequence according to the biblical narratives, but is also related two paragraphs down in the proper sequence.

Illi qui transmisit suum sanctum spiritum in visione ignis suis apostolis quibus dictum fuit *pax vobis*.¹⁶

Illi qui est vera vita, vera pax, & vera salus, et redemptio.

Illi qui est fons & vita perhennis omnium bonorum.

Illi qui gloriosam suam matrem voluit assumere ad suam dexteram secum.

Illi qui veniet iudicare viuos & mortuos, & malos & bonos dum sibi placuerit.¹⁷

Illi qui est deus unus in una trinitate, & trinitas in unitate, pater & filius & spiritus sanctus, qui viuit & regnat in altissimis, ex hoc nunc & usque in seculum.

Illi Deo omnipotenti cuius Nomen est inextimabile confiteor, contra quem peccaui jurando vane per ipsum tociens quę est sine numero et, sine fine. De qua re sencio me tam honeratum, quę si suam summam misericordiam super me non extendit, timeo quę inimicus me rapiat, et obtundat.

Set quero sibi misericordiam per sui magnam pietatem quę ipse hoc peccatum mihi dignetur parcere, et quę de super me ipsum leuet.

Postea defeci propter meam magnam ignoranciam quia nominaui vane sua nomina super sanctam et cum manibus meis pollutis scripsi ea, et figurauit, et feci per ignoranciam meam, et non inspexi sanctitatem eorum, quia me sencio culpabilem. Et illi /L.4.f.39/ me reddo humilem ut peccatum meum non aspiciat, set sua misericordia mihi subueniat.

Hic debes confiteri de omnibus tuis casibus mortalibus & venialibus. Et in fine tu reclama omnis sanctos quos volueris. Et specialiter¹⁸ dicas istas generales letanias.

Letanias

Datefiant celi ad vocem oris mei. Et audiant angeli benigni clamorem vocis meę, Sancte **michael**, Sancte **gabriel**, Sancte **raphael**, Sancte **vryel**, Sancte **thobiel**, Sancta cherubim, et cheraphim, Sancti principatus & potestates. Omnis virtutes super-celestes intercedite pro me ad dominum meum saluatorem, ut mea peccata dimittat. Et sitis mihi suffragium et dirigite mea facta. Sancti patriarche, abraam, ysaach, jacob, Sancti prophete, dauid, noe, moyses, helyas, zacharias, & omnia alii. Sancti apostoli, Sancti petre, Sancte Paule, Sancte andrea, Sancte jacobbe, Sancte symon, Sancte thadee,

¹⁶ Cf. Luke 24:36.

¹⁷ Matt. 25:32.

¹⁸ K: spāl'r; H: ssaliter.

Sancte juda, Sancte johannes, et omnis alii, supplicate hodie coram rege summo, pro isto peccatore, Sancte stephane, Sancte laurenti, circine [*Cyricus],¹⁹ Sancta julita, Sancte martine, Sancte Anthoni, et omnis sancti & sancte dei Orate pro me. Et sitis mea protectio, et dirigite mea facta.

Sancta maria corona et flos virginum, pulcritudo angelorum, claritas firmamentorum, Audi vocem huius peccatoris per gaudia que de tuo filio habuisti, per annunciationem, per natiuitatem, per epiphaniam, per resurrectionem, & per ascencionem. Et omnia alia gaudia que de ipso habuisti. Et per lac quo ipsam lactasti, te reclamo et supplico ego licet indignus tibi flori florum castitati, virginum exemplo peccatorum consolationi desolatorum, matri orphanorum, fonti viuo misericordie. Fonti pietatis & leticie clamo. Exaude me per tui misericordiam, quia tibi supplico sicut peccator mortalis. Roga pro me tuum filium gloriosum ut mea peccata deleat de libro inferni, et robur et victoriam mihi det contra impium talem, quę totum suum posse possim deprimere, et sub pedibus meis ponere totam suam prauam superbiam, per illum qui est, deus viuus & verus **eyeassereye**, qui viuus & regnat in secula seculorum ex nunc & usque in seculum, Amyn, Amyn.

Oracio 2

Rex **adonay** parce mihi secundum magnam misericordiam tuam, et super facturam tuorum summorum operum, respice in tua misericordia, et non in meo peccato, dele iram et rancorem mei animi obscuri, et clarifica mis opera sicut splendor solis. Presentetur mea confessio coram tua presencia. Aperi os meum, et ipsum manifestet laudem tuam. Contra te solum peccaui, & domine non me corripas in ira tua, neque spernas clamorem meum, set fac me esse saluum, et dele mea peccata de libro inferni. Audi & intende clamorem vocis me, in nomine tuo mirabili deus meus, **eye assereye**, qui viuus & regnas principium & finis, per quem omnia, et in quo omnia facta sunt, formata & creata, cui dant laudem angeli quos creasti dicentes, **kados, kados, kados, adonay sabaoth**, *pleni sunt celi et terre gloria tua osanna in excelsis*,²⁰ cherubin clarificus, cheraphin summe potens, principatus, & potestates terribiles, et actorizabiles.²¹ Intercedite pro me illi qui vos creauit, et dirigite meos passus, et fortificate vias meas. Illuminate sensum meum, et rectificate mis memoriam, et vigorate meum corpus, et acuite linguam meam. Et parate vos obedire voci clamoris mei, et intendite robur summe deitatis, et sitis constricti a me

19 H: S. Cyriate. The pairing of this saint with Saint Julitta identifies him as Cyricus, her son. They were both martyred in A.D. 304.

20 This is the *sanctus* from the mass, consisting of Isaiah 6:3 plus Matthew 21:9.

21 H: auctorisabiles.

in potestate **Adonay**, et exitate²² ventos et extingite flammam, et habeant quietem et requiem, et hodie gau-/L.4.f.40/deant clamore istius oracionis anime que in expectatione sunt salutis per terribile nomen quod scribatur distinctis 4 litteris, **A.g.l.a.** Et per illum summum qui creauit omnia, **eye assereye**, cui sit laus & gloria per secula infinita amen, amen, amen.²³

Oracio 3

Deus iusticie mee, audi & intende auribus tuis verba oris mei *intende voci oracionis mee rex meus & deus meus, quoniam ad te orabo domine, mane exaudies clamorem meum,*²⁴ *quoniam deus non volens iniquitatem tu es*²⁵ iustifica cor meum et mentem meam, et intende clamorem meum iniusti peccatoris, et aperiatur ether, et mundificetur, et venti mali cessent: Et angeli benigni gaudeant mea voce, et mali ei sint obedientes in tuo nomine magno **eyeassereye**, et in vi, et per vim illius actus mihi sint directi, et mens mea glorificata. Et mea suffumigia ante faciem tuam perueniant. Et benigne per angelos benignos sint preces mee presentate in tuo magno nomine **joth, he, vau, he**, In quo omnia & per quem²⁶ omnia facta & creata sunt, que hodie summat vim & heufortunium²⁷ per vocem tui nominis ad petitionem mei peccatoris, te prestante deus uiuus qui es **alpha & omega, principium & finis**, cui dant laudem angeli quos creasti, dicentes, Gloria & laus deo in altissimus, et honor ei sit, que laus sit per nos in terris sicut in celis tibi deus oblata. Qui viuis & regnas, & cetera.

Oracio 4

Adonay, rex gloriose deus audi & intende vocem oracionis mee & fortifica et acue linguam meam in uirtute perfecta & intret illa, & exeant inde vincti maligni, & timeant me & extinguant suas flammam, et refrigerium²⁸ tui nominis **agla**, det requiem animabus que ibi sunt. Audi deus iusticie mee audi hoc quod dico et intende vocem tui magni²⁹ nominis **saday**, et pone benedictionem in corpus meum in tuo benedicto nomine **hel**, & salua corpus meum virtute, et da sibi vigorem

22 H: excitare.

23 So H. Ms: am̄ ã ã.

24 Ps. 5:3-4.

25 Ps. 5:5.

26 H: quod.

27 H: eufortunium.

28 H: refugium.

29 H omits.

quo possit constringere, & ligare, & disligare, cogere, & ad me facere venire malignos infernales, terreos, & aereos, & benignos, celestes per posse tui deus meus qui es in celis actorizabilis³⁰ super omnes tronos, trinitas³¹ in unitate, unitas in trinitate, pater, filius, & spiritus sanctus, tres persone in una *usya*.³² In quo omnia, et per quem omnia, qui viuis & regnas in altissimis, & regnaturus es per secula seculorum.

Oracio 5

Altissima deitas que creasti me ad tuam ymaginem, & me³³ permisisti temptare maligno. Intende hodie verba mea, salua me deus in tua iusticia, & non me iudices in furore tuo, neque in ira tua corripias me,³⁴ set miserere mei quia fragile est mea natura in tuo magno nomine, **anabona**, vel deo altissimo, salua corpus meum, & sensum meum, et dirige mis memoriam in tuo magno nomine mirabili, **ya**, dirige actus meos. Fortifica mis oculos, et da eis claritatem graciae tui immensi spiritus. Et meus spiritus sit illuminatus gracia tui. Deus qui solem creasti, qui sydera plasmasti, deus qui aquas creasti, terram & arbores, & aues celi, & omnes bestias gradientes super terram, et mihi dedisti industriam eas capiendi, & eas seruituti meę instituisti mihi sit hodie data potestas, virtus, robur, & illuminatio spiritus sancti quo possim malignos constringere per te deum viuum, et per magnum tuum nomen, & potens super omnia nomina, **ioth he vau he, ya, saday, annora, adonay, hymlehemoth, baruchata, adonay**. Qui viuis & regnas deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Oracio 6

Agla fortis & terribilis audi & intende uoci oracionis meę deus deorum & dominus dominancium, in tuo nomine magno & benedicto credo & intendo formare hanc rem, per quam tibi placeat mihi dare virtutem & vigorem, & lumen sancti spiritus quo possim ipsam benedicere, & sanctificare & sacrare eam in virtute tuorum nomen, in qua me stante /L.4.f.41/ vel ipsam me habente,³⁵ valeam optinere rem in quam meus animus delectatur per quam recurro ad te deus, que habeas immittere corpori meo vim & potenciam quam ego tibi requiro deo qui es super deos, **eye assereye**, dominus dominancium qui viuis et regnas per omnia secula seculorum. Amen.

30 H: auctorizabilis.

31 H: trinitatis.

32 I.e. Gk. ΟυσΙΑ, ("substance").

33 *Deest* H.

34 Compare Ps. 37:2.

35 H: stante vel ipsorum hñte.

Oracio 7

Qeli manifestent opera domini, & mirabilia eius pro gloria ipsius manifestantur. Te deum laudo. In te domine confido, qui tibi omnis angeli impendunt laudem, tibi cherubin & ceraphin, tibi omnis angeli, tibi celi, et uniuerse potestates dicentes. Gloria in excelsis deo, te laudamus, te adoramus, te glorificamus. Benedictum sit tuum nomen quo nos creasti³⁶ deus miserere mei, et audias preces meas, & intende vocem oracionis meę in tuo magno nomine, **eyeassereye, adonay, sabaoth, ya, saday**. Et exeat et penetret vox nominis tui in abissos. Et penetret eos. Et dirige facta mea in hoc, vel in hoc nomen per magnum nomen tuum, **joth he vau he**, quod est nomen super omne nomina. Qui viuus & regnas per omnia secula seculorum. Amen.

Oracio 8

Quam magnum nomen domini & admirabile, et quam omnipotens super omnia nomina, benedictum ipsum sit super omnia nomina.³⁷ Deus iusticie meę *quid multiplicati sunt qui disturbant me, quam* rebelles sunt illi qui *insurgunt aduersum me. Multi dicunt anime meę non est salus in deo eius. Tu eciam domine protector meus es*³⁸ *gloria mea, et exaltans caput meum, voce mea ad dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo.*³⁹ Ego videns bonitatem misericordie,⁴⁰ letatus sum in cantica laudis sue. Ergo videant robur mis spiritus maligni, quia dominus illuminauit me splendore sue claritatis. Audiant celi & intelligant sydera, fortitudinem verbi mei. Et prodant⁴¹ & mutent fortunium in heufortunium. Angeli laudent hodie deum, et malignus videat robur quod ego habeo super ipsum, *quia respexit deus humilitatem mei serui sui*,⁴² et in sua virtute me exaltauit. Qua propter vocabor ego benignus et fortis super corda humana. Deus deus tui misericordia vigora sensus meos, & voluntates meas, et fulgorem oculorum meorum, et per vim tuam optineam quod tibi peto, vel ad constringendum malignum & totum posse nomen per virtutem magni & terribilis nominis tui, **on, ya, eyeassereye, kados, kados, kados, adonay, sabaoth**, cui sit laus et gloria per infinita seculorum secula. Amen.

36 H p. 276 ends here. Two blank pages follow, but text resumes after that.

37 H omits "benedictum ... nomina", probably due to homeoteleuton.

38 H: et.

39 Compare Ps. 3:2-5.

40 H adds: fac.

41 H: prindant.

42 Compare Ps. 30.8.

Oracio 9

Adiuua me deus et pone tuam virtutem in meo adiutorio. Illumina mentem meam, et cerne meam memoriam. In virtute tua salua me misericordia tua et audias supplicantem qui tibi facit precem pro ista re presenti. Benedic & sanctifica mis linguam, et vigora mis corpus, & spiritum mis roboram, et vox ipsius intret in abissum, et exita inferna, tremescat posse inferni ad clamorem laudis mee. Et angeli boni omnes ex hoc colletentur. Et tu deus eterne occupa mis laudem sicut illam angelorum et presta mihi posse quoniam ego possim complere desiderium cogitationis meę in nomine tuo magno summo super omnia nomina cui sit laus ex hoc nunc & usque in seculum.

Oracio 10

De profundis cordis mei & mentis meę clamaui domino, & ipse exaudiuit vocem clamoris mei de altissimis suis, quare scio que faciam voluntatem ipsius unde precor ipsum ut aperiat aures suas, et intelligat vocem orationis me, et in sua ira super me non irascatur, quare⁴³ legitur que ipse est rex misericordie. Deus deus dominus meus, **joth he vau he**, apud me peccatorem aduerte, aperi oculos tuos et cerne versus me. Aperi aures meas et intende mihi. Extende manum tuam et benedic me, largire tuum verbum & sanctifica me. Mitte spiritum tuum et illumina me. Aqua sanctificata a te lauet me. Et gracia tua inebriet /L4.f.42/ mentem meam. Deus viuorum salutis. Deus mortuorum spes saluationis. Deus mundorum spes confirmationis. Deus angelorum spes perseuerancie (?). Rex gloriose, eterne, inextimabiliter sanctus salue, benedic, & sanctifica me. Et confirma in me lumen & claritatem tue glorie eterne. Et pone & immite virtutem in promotione tui nomen, **joth he vau he**, cum qua impleam desideria cordis mei, secundum desiderium spiritus mei, de quo tibi non omnium disserere, quare tu es is qui scis intrinseca cordis hominum, qui es deus eternus. Qua propter tibi clamo sicut homo iniustus, indignus, ut per te valeam perficere, & perficente (?) optinere que cor meum desiderat, taliter que ego tibi seruire possim iuste & honeste, et saluare me, et alios predecessores meos per te deus, **heloyon**, qui es fortis, potens super omnis potestates, cuius nomen laudetur ex hoc nunc & usque in seculum.

43 H: quia.

Oracio 11

Tn te domine confido deus iusticie mee, & non peribo, ymo salua-
bor potencia⁴⁴ tua. Et per tuum magnum nomen, **Adonay**,
fortificabor pro constringendo felleum quare ego solum te credo
qui es unus deus, **Alpha et ω**, sine principio & sine fine, **eyeassereye**,
Deus deorum & dominus dominorum qui creasti firmamentum, aquam,
terram, celum, & ethera, et omnia que in eis sunt⁴⁵ Domine qui dedisti
legem seruo tuo moysi. Domine qui illuminasti dauid, et omnis alios
prophetas diuina claritate illumina corpus meum & mentem meam, &
salua me, & benedic me. Et intret seruicium meum animam tuam
presenciam. Recipiant laudem meam gloriosi angeli. Eciam orent hodie
pro me oraciones 9 chori eorum, et mitte eos mihi in deffensam et
protectionem anime mee, qui me habeant saluare & roborare contra
omnes terrores, & dirige mis facta in viam salutis. Et per tuam
bonitatem sit principium meum, quare sine te michi facio, quare
misericordiam tibi peto, ut per tuam summam misericordiam in hoc me
venias iutum, tu qui es deus **lemazabany, adonay, saday, sabaoth**,
cui sit laus nunc & semper & per secula seculorum sine dine. Amyn,
amyn, amyn.

Oracio 12.

Tn nomine dei **adonay** mirabilem, dei **joth he vau he**, simus
signati & benedicti qui dirigat facta nostra in precuracione istius
rei quam intendimus in nomine dei **adonay** pro securitate
nostrum, deus meus, deus uiuorum, iudex iudicium, spes salutis.
Consolatio desolatorum. Perfectio imperfectionum, extende dexteram
tuam, que dirigat me in procreatione huius rei, in tuo magno nomine
Adonay, hel, helemas, agathos, agla, yeue, et dirige & fortifica
ipsam Et mitte in ipsam tuos sanctos angelos qui teneant angulos ipsius,
ex tuo sancto posse. Et me salua hodie, & omnibus horis, et meum
corpus et spiritum, & universaliter mis membra, quare tu es in mea
confidencia, et in te est fides mea. Et in alium non credo in te qui es
deus unius & omnipotens super omnes deos, cui sit laus in terra sicut in
celo, ex hoc nunc et usque in seculum. Amen.

Oracio 13^m

Deus deorum, **eyeassereye**, dominus dominancium, Rex
regum, iudex iuste, Spes salutis, via recta, **Aglay, lucha**, sine
tristicia, **heloon**, regens omnia lux tenebrarum, ignis celestis,
vita peccatorum redemptio infidelium saluatio animarum, timendus

44 H: justitia.

45 H fol. 277v ends here.

inimicis. Audi precem meam, et mitte mei visionem pacis in figura benigna qua constringam iniustos & malignos ad faciendum mis voluntatem. Et mis cogitatus per te dirigatur, quo possim ego tibi petere res placitas, & in hoc que non possem cogitare, nunc oracio comprehendit Auditui misericordia sicut scis mi esse necesse. Et custodem celestem in hunc locum mitte per /L.4.f.43/ tuum sanctum spiritum qui me seruet & protegat a terroribus malis, per te deum eternum qui es **alpha & ω**, **principium**, & eris **finis** istius operis cui sit laus ex hoc nunc & usque in seculum.

Oracio 14.

Laudate socij laudate nomen dei **adonay**, cui sit laus perenitur, ab ortu solis usque ad occasum sit suum nomen benedictum, quod est deus excelsus existens super omnes gentes, & super celos gloria eius, ei nil compari post. Nec est qui potestati sue possit resistere. Confessio & magnum opus sibi pertinet, & iusticia eius manet per omne seculum, **hely, ya**, deus in quo mis spem pono. Recordare huius peccatoris & miserere eius. Noli tradere iniustis animam eius, et numc cum impiis vitam suam. Recordare que ymago tua fit: quamuis sit vermis terre, tua sancta potencia dirigat eam. Veniant tui principes celestes in adiutorium meum, **Michael, gabriel, vriel, thobiel, raphael, razyel**. Veniant chori, cheraphin & cherubim. Veniant potestates & principatus, et audiant benedicionem, et confirment eam, in hoc loco protractam in tuo nomine terribili, **agla, on, eloy**, quibus sicut obedientes celestes, aerei, terrestres spiritus, & principes & reges coniurati in tuo magno nomine, **On**, cui sit laus in terris sicut in celum, nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

Oracio 15.⁴⁶

Benedicat nos deus pater qui cuncta ex nichilo creauit. Benedicat nos filius qui gentes redemit suo proprio sanguine. Benedicat nos spiritus sanctus cuius sancta sua consolacio nos saluet. Cantemus deo deorum **adonay** canticum laudis. Cantemus ei canticum nouum, & laudemus suum nomen. Domine deus qui stabilisti celum & terram, aquas, & arenas, aera, et omnia in eis habitancia extende⁴⁷ tuam dexteram in opere peccatoris huius serui tui, et benedic ipsum. Sacra et santifica ipsum. Mundifica et purifica ipsum, ut tuum sacrem nomen

46 MS L.4.f.43 abbreviates here: “¶ Oracio 15, que incipit, Benedicat nos deus pater qui cuncta & cetera, iam est in principio libri posita.” This can be found in full on fol. L.1.f.2 of the Kassel ms., there used to “bless the place” (*benedictio loci*) for the magic circle. H includes in full here. The “Northern” (or “London”) version of the *Sworn Book* also used prayer 15 for the same purpose, but there of course it is taken from *Ars Notoria*.

47 H fol. 278r ends here, and 278v begins.

munde sit ibi prolatum /f.1.f.3/ Et mitte in ipsum tuos angelos **Michaelem, gabrielem, vrielem, thobielem, raphaelem, razyelem**, qui sint protectio & tuicio mei, et meorum sociorum. Benedicat te deus pater et tota sua potestas. Benedicat te deus filius et totus suos vigor, Benedicat te spiritus sanctus, & totus suus splendor. Benedicat te deus qui creauit firmamentum et omnia in eo habitancia: per quem hodie robur capias vim et potenciam tuendi habitantes in te. Et sis stimulus et fortitudo in posse summi nominis, **thetragramaton, yoth, he, vau, he**, cui sine obedientes venti & angeli qui regunt spiritus infernales, terreos, et aereos, per illum qui est deus **Alpha ω, principium sine fine**: cuius est nomen mirabile **hely, hel, sabaoth**, cui sit laus in terra sicut in celo. Ex hoc nunc & usque in seculum, Qui viuut & regnat & *cetera*.⁴⁸

Oracio 16

Benedictum sit nomen dei **adonay**, et gracie sibi super omnes tronos, et laus sibi in suis altissimis. Deus qui de petra sicca nimias aquas exite fecisti, et manna in deserto tuis seruis misisti. Deus qui de petra sicca nimia aquas exire fecisti, et manna in deserto tuis seruis misisti. Deus qui apostolis dedisti licenciam predicandi. Deus qui prophetis dedisti lumen intellectus. Deus qui virginibus dedisti viam castitatis. Deus qui martyribus dedisti victoriam magnam. Vigora cor meum, illumina oculos meos, & acue linguam meam, & dirige facta mea, qui tres pueros de camino ignis eripuisti, sydrac, mysach, & abdenago, delibera me hodie de terroribus malignis. Et intret tuum nomen in hac horum & perforet inferna, & extingat flammam, & exitet⁴⁹ terram & infortunata heufortunet. Et totus ether obediat voci nominis tui, **On, agla, saday**, qui es deus, **eyeassereye**, deus eternus, qui sis benedictus perenniter sine fine. Amen, amyn, amyn.

Oracio 17.⁵⁰

Nunc audiuit deus ~~oraionem~~ [*voce] et [sic] clamorem mei⁵¹ quare seruio, & alium non credam, quare suam potenciam mei transmisit. Audiant celi, & intendat abissus, et letentur anime que in penis manent: quare cathenis earum frangit vox dei **adonay**.

48 Presumably "... in secula seculorum. Amen."

49 H: excitet.

50 L.4.f.43 abbreviates here: "Oracio 17^m, qui incipit, Nunc audiuit deus *voce*m, & *cetera*, *Similiter est in principio posita*." This can be found in full on fol. L.1.f.1 of the Kassel ms., there titled "C.2. et est oracio universalem itineris" i.e. it is the prayer to be said while journeying to the place where the magic circle is to be created. Prayer 17 in H is significantly different. Compare Peterson 2016 p. 245.

51 H: "...deus clamorem meę..."

Deus qui me formasti. Deus qui me creasti. Deus qui de tuo spiritu me illuminasti, non sinas perire mis animam, que tui generis est. Recipe sacrificium quod tibi deus presento, vox precis mee una cum isto suffumigio in altissimis tuis vere deus **eloy** dirigatur. Intende hunc peccatorem qui tibi seruit, quare in alio non credo set ub te qui es fides mea. Aperi os tuum et benedicat mei vox /L.1.f.2/ tui verbi. domus tua vere deus **helo**y super montes est statua & valde preciosis lapidibus est munita, scilicet supernis nominibus, et ipsa est benedicta potencia tua, **ay**, deus iusticie mee, miserere mei potestate tua, & stabili mis hospicium sursum in tuo regno ubi manes sine fine cum cantibus magne laudis, qui sis benedictus in terra sicut in celo. amyn. Amyn.

Oracio 18.⁵²

Ay, deus qui me formasti tue ymagini. **Ay**, deus qui me redemisti tuo sanguine proprio. **Ay**, deus qui misisti mei vitam, & ingenium et robur. **Ay**, deus qui saluasti mundum perditum Tu qui es splendor angelorum, et dominus firmamenti. Deus per quem omnia creantur, et viuunt & reguntur. Deus viuorum et mortuorum **Adonay** mirabilis, spes salutis, consolamen desolatorum, via sine merore, vere deus actor pacis, veritas, vita, et robur, lumen et claritas nostrum,⁵³ **annora**, **adonay**, **sabaoth**, **hely**, **helo**y, **lemazabatani**, **on**, **agla**, **monon**, **Iesus nazareus** fili dauid, miserere mei. Consolamen desolatorum. Spes mestorum, pater orphanorum, misericors, verte te ad me, **mythateron**, **arbiteral**, rex regens ignes, unicentes bella, **Atyonodabyr**, miserere mei. Sit victus malignus, et totum suum robur & voce tui nominis, et michi victoriam mitte delendi suum posse. Rex eterne, rex gloriose, rex pie, rex juste, pater & filius, una cum spiritum sancto, deitas una, ignis inexting[u]ibilis. Claritas inobscurabilis, **ya**, **ya**, **hel**, **çella**, ministrator rex fecisti, gubernator integri, Administra in ne sensum, posse, & vigorem, memoriam, & potenciam co[n]stringendi dyabolum, & totum suum posse, **Messyas**, **assereye**, qui me diriges In te habeo spem meam, **helo**y, mitte mihi custodiam tue claritatis, et tuo nomina obediati superna curia. Et dignifica me quomodo ego ipsum caste nominem. Pungat ipsum benignas una et malignos, et aer corruptus per eum mundificetur,⁵⁴ et infernus, et in eo h[ab]itantes⁵⁵ tremescant voci eius, et totum mundum experge faciat. Et spiritus maligni non audeant facere moram obediendi ei.⁵⁶

52 L.4.f.43 again abbreviates. The full text of the prayer can be found on L.1.f.2: C.5, Oracio Formationis circuli.

53 H fol. 278v ends here, and 279r begins.

54 H: clarificetur.

55 H: habitanter.

